

raſterificis ſocietatis Herrnhutanæ jam obſervatur, et multo minus, qui in poſterum obſervabitur.

Et hæc ſunt, quæ ex mandato Tuo, Sereniſſime Dux, clementiſſimo, in hac re graviffima circumſpecta et de ſalute evangelicæ noſtræ, et imprimis Wurtembergicæ ecclēſiæ ſollicita mente omni, qua fieri debet, ſubmiſſione, deferre, ſimul et illam, propter metuenda multa neque facile evitanda incommoda, quæ ex ejuſmodi luſtratione ſollempni, qualis hæc futura eſſe videtur, ecclēſiæ Wurtembergicæ imminerent, omni, qua deſe-
 generatione ſubmiſſe deprecari volumus debuimus, Deum ex animo præcantes, ut ipſe huic rei mede-
 atur benigniſſime, ut, quæ vere bona ſunt, feliciffime procedere jubeat, et contra ea, quæ non craſſe malitioſo ſolum et plumbeo modo, [quo noſtris quoque temporibus plures ecclēſiam invadunt] ſed ſub varia etiam veræ religionis et cultus divini ſpecie detrimento et noxæ eſſe poſſent, avertat potentiſſime.

Quod reliquum eſt, perpetuæ Tuæ clementiæ et ſummæ benevolentiæ, omni, qua oportet, animi reverentia nos commendantes ad cineres uſque ſumus,

Sereniſſime Dux,

Princeps noſter ac Domine longe
 clementiſſime,

Tanti Nominis

Tubingæ d. viii. Maii
 CIO IO CCXXXXVII.

cultores ſubjectiſſimi obedientiſſimique
 Cancellarius, Decanus et Profeſſores totius
 Facultatis Theologicæ.